

brunneis, supra obscurioribus, femoribus modice clavatis. Subtus densius quam supra cinereo-pubescentibus.

♀ latior, antennis medium corporis superantibus.

Variat: a. *pedibus obscurioribus,*

b. *antennis pedibus elytris laete brunneo rufis.*

Long. 8—12 mill.

Affinis est *C. scabro* Krtz. (D. E. Z. 1882, p. 115) e Margelan cui thorax parum profunde punctatus, elytra postice angustata. Ob longitudinem articuli tertii antennarum affinis videtur *Pronocero daurico* Motsch. (Bull. Mosc. 1875, No. 2, p. 148), qui tamen habet thoracem rufum nitidum, sparsim punctatum.

Affinis quidem est *C. femorali* Ménétr., in ejus vicinitatem collocandum, quod tamen femora multo clavata, antennas breviores, articulum tertium breviorem, thoracis latera magis rotundata, postice angustiora, elytra latiora habet.

Namagan. Nonnulla exemplaria.

25. *Clytus (Xylotrechus) namaganensis* Heyden n. sp.
Species excellens valde variabilis in colore et in signaturis. Breve, robustum, fusco-nigrum, subtus densissime, supra minus dense, magis tamen in capite et thoracis lateribus griseo-brevi-pilosum. Capite magno lato, latitudine thoracis, carinis quatuor: singula inter antennas ad oculos acuta, duabus in fronte, brevioribus antice connexis, fronte linea parva impressa mediana, ceterum rugoso-punctulatum. Palpis labro testaceis. Antennis brevibus, femora antica non superantibus, fusco-nigris ad apicem dilutioribus, articulo secundo parvo, tertio duplo longiore quam secundo, articulo nono quarto aequali, non longiore. Thorace supra distinete deplanato, latitudine elytrorum in humeris, apice basique rectis, lateribus rotundato, angulis anticis nullis, posticis rectis, ante basin minute sinuato, densissime inaequaliter punctato (si thorax denudatus est), lateribus densius griseo-pubescente, disco maculis duabus rotundis griseo-pubescentibus. Elytris postice minus angustatis et singulo rotundato, magis parallelis, deplanatis, lineis duabus perparum elevatis, fusco nigris, ut thorace punctatis, transversim leviter rugosis; basi, margine laterali ab humeris ad medium, macula suturali postscutellari, puncto inter humerum et maculam postscutellarem, puncto rotundo antemediano ad latera, macula oblonga postmediana ad suturam extus angulata-griseo pubescentibus. Pedibus nigris, genubus, tibiarum apice, tarsis flavo-rufis, omnino dense griseo pilosis.

Variat: a. *macula postica in fasciam dilatata extus postice angustata;*
b. *antennis pedibus laete flavo-rufis, elytris fusco-brunneis, basi dilute late triangulariter pallida, tomento toto flavo-griseo;*
c. *ut in b., sed elytris signaturis deficientibus, exceptis macula postica margineque laterali flavo-griseo tomentosis; elytris fuscis, basi, post scutellum et margine laterali toto rufo-flavis.*

Long. 11—15 mill. — Namagan, quatuor exemplaria in collect. von Heyden.

Ad *Xylotrechos* haec species pertinet, tamen cum nulla valde affinis est.

26. *Orina dolens* Kraatz: *Aeneo-nigra, nitidula, thorace elytris parum angustiore, posterius angustato, lateribus elevatis, elytris parce subtiliter punctatis.* — Long. 10 mill.

Var.: *Olivacea, subcupreola, subtus etiam olivacea.* — Namagan.

Der *Or. nigrina* an Länge ziemlich gleich, aber von mehr gleichbreiter Gestalt, das Halsschild namentlich breiter, nach hinten deutlicher verengt. Die Fühler sind ziemlich gestreckt, schlank, schwarz, ebenso die Taster. Der Kopf ist breiter als bei *nigrina*, in der Mitte bisweilen mit deutlicher Längsfurche fein und ziemlich dicht punktirt. Das Halsschild ist verhältnismässig viel breiter, auch etwas länger als bei *nigrina*, nach vorn ziemlich stark verengt, nach hinten allmässiger, fast von der Breite der Fld., unregelmässig ziemlich fein punktirt, nach den Seiten zu deutlicher, der Seitenrand sehr deutlich abgesetzt, die Punkte längs des Seitenrandes nicht erheblich stärker. Die Fld. sind ziemlich gleichbreit, hinten verrundet, ziemlich fein oder fein in Längsreihen punktirt, welche nach den Seiten zu weniger regelmässig sind. Die Unterseite ist schwarz, glänzend, ziemlich weitläufig fein punktirt.

Drei Ex. von Samarkand.

Ein Ex. von Namagan in Hrn. v. Heyden's Sammlung hat die oben angegebene Färbung.

Der Käfer ist in der Deutschen Entom. Zeitschr. 1882, p. 308, aufgeführt, bisher aber unbeschrieben geblieben, da No. 60 des Anhangs fortgeblieben, um den Aufsatz abzurunden.